Sed manna evangelium cogit exire corpus peccati et exuere habitum. exire de terra sua
cum Abraham et oblivisci domum patris sui. alioquin colligi non potest. Unde
usque hodie ad litteram sparsi sunt Iudei a domibus suis recedentes, in quas postea non
venit ad verbum audiendum et manna colligendum. Ubi docentur, quod sicut domum
suam foras relinquerunt, ita et spiritualem domum cordis usque relinquere debere.

Et manducaverunt et saturati sunt nimis. Et desiderium eorum attulit
eis. Non sunt fraudati a desiderio suo. Hic enim non nauseant, sed
avide manducant usque ad nimiam satietatem et nauseam. Et sic desiderium eorum
repletum. Dum pro nostra [illegible] experimur. Quod si carnalia non [illegible] fasti-
dium spiritualia et nauseam. Cum ad habitum [illegible] nauseam. Nonne hec nostra
satietas carnalium voluptatum multo maiorem nauseam habet quam spiritualia gustata
et tanto maiorem quanto intensiores fuerint. Et ita utrobique miseri: quia utrobique
nauseant: in satietate carnis et fastidio spiritus. Sed ad hoc etiam dicitur
et saturati sunt nimis, scilicet nimia aviditate comederunt et valde cito saturati sunt
Quia cum manna gustare noluerunt, carnes largissima gula sumpserunt. Et
in motus vertuntur: et [illegible] hoc [illegible]. Iam utinam vide o tu
qui vides illorum infidelitatem. Ecce tibi verum manna evangelium salutis pluitur
tu autem nisi aliud multo amplius quam illi fastidis et plenus nausea super illud quasi
negligis. Et iuxta carnes veras et [illegible]. commoda carnis tua et bona hu-
ius. Et hec ceciderunt quidem in medio castri tui et tabernaculi tui corporis.
Quae multis modis temporis quam placent carnem [illegible]. quam non scimus te exire [illegible]

Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum et ira dei ascendit super eos
Et occidit pingues eorum et electos Israel impedivit. Qua plaga ibi
percussi sunt textus non exprimit. Sed dicit Numeri xi. Percussit plaga magna
nimis. Unde et locus ille appellatus sit Sepulchra concupiscentie. Ibi enim sepelierunt
populum qui desideraverat carnes. Ita dicitur et eorum pingues: eo ipso quod
interierunt in avibus quas carnes [illegible] manducaverunt. Et moriuntur in ipsa
comestione. Ecce recte dicit. Pingues eorum qui sunt crassa cupiditate carna-
lium bonorum pleni. Et electi scilicet qui sunt quondam electiores et perfectiores sunt
christiani cum reliquo Israel. Spiritualem et perfectum [illegible] argumentum hoc [illegible]
sunt apostoli. Et [illegible] et abiecto plebis sue et respuit eorum clerus, desperatus et
nausearum eorum. Illi autem electi et gloriosi in seculo. Unde et [illegible] hii sunt
quos aliquando habuimus in derisum et similitudinem improperii. Quia terra foris liberati
et opprimi tamen abierunt in spiritu. Sed in hoc magis expediuntur a carne
et mundo. Illi autem impediuntur et implicantur in carnes et mundi retrorsum
Dicitur autem deus illos impedire et illaqueare: quia non expedit eos in penam peccati
sicut Ro. i. dicitur tradidit in desideria cordis eorum. Sic ergo illi figuraliter
sunt impediti et sepulchris involuti. Ita et istorum omnes mortui sunt clausi
in corporibus suis: que sunt vere sepulchra concupiscentie et in deserto (scilicet synagoga a
christo derelicta.) Et in hoc statim consequitur || et desperatus conversum cor eorum

(Sed)